

DISSSERTATIO SECUNDA

DE MODO REVELATIONIS CA-
tholicae, tanquam principio fidei
communis.

Quomodo Deus loquatur ho-
minibus; & quæ vel qualis sit
illa revelatio, quæ habeat au-
thoritatem divinam & catho-
licam; adeò ut omnes eos
quibus ostensa fuerit,
ad credendum
obliget?

I.

FIDES
om-
munis,
est cir-
ca
princi-
pia,

Diximus superiore Dissertatione
fidem propriè esse *Principiorum*,
eoque eorum quæ communia
sunt omnibus Christianis, &
creduntur ab omnibus, quia *Christiani*
sunt: quemadmodum principia natura-
lia creduntur ab omnibus hominibus,
quia homines sunt. Quâ ratione fides
distinguitur à *Theologiâ*, quæ non tantum
est principiorum, sed & conclusionum,
quæ